

DREIZEHNTES
GEWANDHAUS-KONZERT

MONTAG, den 22. FEBRUAR 1943, 6 UHR

Dirigent: *Hermann Abendroth*

Soli: *Trude Eipperle, Gertrude Pitzinger, Heinz Marten, Fred Drissen*

Chor: *Die Chorvereinigung des Gewandhauses, verstärkt durch
Mitglieder des Leipziger Lehrergesangvereins*

*

Requiem

für Soli, Chor und Orchester von **Giuseppe Verdi (1813–1901)**

I. Requiem

Requiem aeternam dona eis, Domine: et lux perpetua luceat eis. Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddetur votum in Jerusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

II. Dies iiae

Dies iiae, dies illa, Solvet saeculum in favilla, Teste David cum Sibylla. Quantus tremor est futurus, Quando judex est venturus, Cuncta stricte discussurus. Tuba mirum spargens sonum Per sepulcra regionum Coget omnes ante thronum. Mors stupebit, et natura, Cum resurget creatura, Judicanti responsura. Liber scriptus proferetur: In quo totum continetur, Unde mundus judicetur. Judex ergo cum sedebit, Quidquid latet, apparebit: Nil inultum remanebit. Quid sum miser tunc dicturus? Quem patronum rogaturus, Cum vix justus sit securus? Rex trementae majestatis, qui salvandos salvas gratis, salva me, fons pietatis. Recordare, Jesu pie, Quod sum causa tuae viae: Ne me perdas illa die. Quaerens me sedisti lassus: Redemisti crucem passus: Tantus labor non sit cassus. Juste judex ultionis, Donum fac remissionis Ante diem rationis. Ingemisco tamquam reus: Culpa rubet vultus meus: Supplicanti parce, Deus. Qui Mariam absolvisti, Et latronem exaudisti, Mihi quoque spem dedisti. Preces meae non sunt dignae, Sed tu bonus fac benigne, Ne perenni cremer igne. Inter oves locum praesta, Et ab hoedis me sequestra, Statuens in parte dextra. Confutatis maledictis Flammis acribus addictis: Voca me cum benedictis. Oro supplex et acclinis, Cor contritum quasi cinis: Gere curam mei finis. Lacrimosa dies illa, qua resurget ex favilla judicandus homo reus. Huic ergo parce Deus: Pie Jesu Domine, dona eis requiem. Amen.

Pause

III. Offertorium

Domine Jesu Christe, rex gloriae, libera animas omnium fidelium defunctorum de poenis inferni, et de profundo lacu: Libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum: Sed signifer, sanctus Michael, repraesentet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahae promisisti et semini eius. Hostias et preces tibi, Domine, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus illis, quarum hodie memoriam facimus. Fac eas Domine, de morte transire ad vitam, quam olim Abrahae promisisti et semini eius.

IV. Sanctus

Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth! Pleni sunt coeli et terra gloria tua. Osanna in excelsis. Benedictus, qui venit in nomine Domini. Osanna in excelsis.

V. Agnus Dei

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, dona eis requiem. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem sempiternam.

VI. Lux aeterna

Lux aeterna luceat eis, Domine: cum sanctis tuis in aeternum, quia pius es. Requiem aeternam dona eis, Domine et lux perpetua luceat eis.

VII. Libera me

Libera me, Domine, de morte aeterna, in die illa tremenda, quando coeli movendi sunt et terra. Dum veneris judicare saeculum per ignem. Tremens factus sum ego et timeo, dum discussio venerit atque ventura ira. Dies irae, dies illa calamitatis et miseriae, dies magna et amara valde. Requiem aeternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis.

Ende des Konzertes 8 Uhr

Sonntag, den 28. Februar, 6 Uhr: **7. Kammermusik**

SCHUBERT: Klaviertrio B-dur op. 99. SCHUMANN: Klavierquintett Es-dur op. 44
Gewandhaus-Quartett. Klavier: Hugo Steurer

Donnerstag, den 11. März, 6 Uhr: **14. Konzert (Jubiläums-Konzert)**

BACH: Suite D-dur. BEETHOVEN: Violinkonzert. BRAHMS: I. Symphonie
Violine: Kurt Stiehler

Ausverkauft / Hauptprobe: Donnerstag, den 11. März, 10 $\frac{1}{2}$ Uhr

Freitag, den 12. März, 6 Uhr: **Wiederholung des Jubiläums-Konzertes vom 11. März**
(Außer Anrecht)

Sonnabend, den 13. März, 6 Uhr: **Kammermusik anlässlich des Jubiläums**
(Außer Anrecht)

SCHUBERT: Streichquartett a-moll op. 29. HAYDN: Streichquartett
BEETHOVEN: Streichquartett C-dur op. 59, Nr. 3
Gewandhaus-Quartett

Sonntag, den 14. März, 6 Uhr: **Wiederholung der Kammermusik vom 13. März**

Das **11. Konzert** (mit Hauptprobe), das am 4. Februar ausfallen mußte, wird nachgeholt;
wann und in welcher Form, wird noch bekanntgegeben

Bei Fliegeralarm

begeben sich die Konzertbesucher unter Führung der Ordner in die
Luftschutzräume des Gewandhauses,
die Inhaber der Saalplätze Reihe 26 bis Saalrückwand jedoch in die
Luftschutzräume des Reichsgerichts (Nebeneingang Beethovenstr. 4)

Verdunkle sorgfältig! Ein Lichtschein kann eine ganze Stadt gefährden!

Druck von Breitkopf & Härtel in Leipzig